



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis Expositio

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Baptizatus, parag. 2

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40132**

## §. I.

## Viator.

2. **N**on ergo mortuus hujus est Sacramenti capax. Ei autem, de quo dubitatur, an expiraverit, non nisi sub conditione dandum est. Immo supra dixi, ab eo conferendo abstinendum esse, si prævideatur infirmus esse moriturus, antequam quinque unctiones perficiantur, nec sit casus necessitatis, juxta ibidem dicta.

## §. II.

## Baptizatus.

3. **C**athecumenus, & multò magis infidelis Extrema-Unionis capax non est, quia Baptismus re ipsa susceptus, qui est Sacramentorum Ianua, necessariò præcedere ad illam debet. Si autem accidat, aliquem graviter infirmum baptizari in fine vitæ, statim à Baptismo, extremè ungi poterit.

4. Quamvis autem ex congruentia soleat dicto baptizato in fine vitæ porrigi Viaticum prius, quam ei conferatur Extrema-Unctio, tamen cum hæc sint Sacramenta, quorum utrumvis ab alio non dependet, necesse non est, sub

## §. III.

## Vnus rationis Compos.

1. **N**on quidem, quod actu ratione utatur, sed quod usum rationis habuerit. Undè licet Infantes, perpetuoque amentes, invalidè inungantur; Pueri tamen septennes, cum supponantur usum rationis obtinuisse, validè, & heretè unguuntur. Non est autem necesse, ut mortaliter peccare, potuerint, cum sit satis, si potuerint, venialiter. Quare non sunt laudandi Episcopi, qui requirunt, puerum excessivè pubertatem. Et quamvis, juxta aliquorum probabilem sententiam, his septem annorum Pueris non liceat, dare Viaticum, pro quo suscipiendo expectandus est decimus Circiter annus; tamen licebit, debebitque dari Extrema-Unctio, quia hæc sunt Sacramenta disparata, & Extrema-Unctio non

requirit tantam discrecionem, quantam illorum opinio requirit ad sumendam Eucharistiam. Dixi (*juxta aliquorum sententiam*) nam ego sustinui e posse, & debere, etiam his, dari *c. In opuscul. meth.*

2. An autem satis sit ad validam, licitamque unctionem, solum posse peccare, saltem venialiter, unde licitum sit, si ve pueris septennibus, si ve aliis illam conferre immediatè post Baptismum, quando mortaliter certum est, nondum eos, ne venialiter quidem peccasse, duplex est sententia. Affirmat Suarez, & alii, que innoverit, quia solum requirunt potentiam peccandi. Negat Io. Sanchez e cum aliis, quia sic non verificaretur forma hujus Sacramenti, quæ dicit, Indulgeat tibi Deus quidquid peccasti, &c.

3. Utraque sententia, saltem propter auctoritatem Doctorum, est probabilis: unde Io. Sanchez fit, ut probabile sit, & probabile item non sit, Beatissimæ Virgini ministratum fuisse hoc Sacramentum.

Si dubitetur, an puer usu rationis polleat poterit, & debet ecclesiasticè inungi, sed sub conditione. Ita Ioan. Sanchez f. Addens, cum aliis negotia, in quibus nihil amittendum timetur, sed potius lucrum speratur, aucter esse tractanda.

Accedamus nunc ad Phreneticos. Qui post usum rationis in Phrenesim, vel in amentiam inciderunt, hoc Sacramento frui posse, certum est. Nec enim est opus, ut expressè firmus illud, dum sanæ esset mentis, petierit, cum sufficiat, vel aliquid dedisse petitionis signum, vel solum esse Fidelem, de quo præsumitur velle, saltem in mortis articulo Christiano decedere, & de quo non constet, esse in mortali, modò mox explicando.

Cavendum tamen semper est, ne, quoad Phreneticos, sit periculum irreverentiæ, eo enim existentè, non erunt ungenti.

## §. IV.

## In gratia existens, seu putans, &amp;c.

1. **C**um hoc Sacramentum sit Vivorum, ut Calibi explicuimus, & requirit statum gratiæ in suscipiente. Quod si quis bona fide putans se esse in eo statu, tamen re vera sit in mortali, hoc peculiare habet hoc Sacramentum,

Gg 3.

tum,